# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Philosophia o

### cum fontibus proximo et primis

Epichetus philosophus aiebat litteras atque doctrinas philosophie cum in hominem falsum atque degenerem tanquam in uas spurcum atque pollutum influxissent, ueterari, mutari, corrumpi et urinam fieri.

Est, inquit, uidere nonnullos pecunie cupidos, glorie multos, libidinum seruos ut cum qualitate impugnet oratio.

Vnde et idem [Agellius] lib. 7. c. 19. ait, quod Epictetus philosophus despiciebat illos, qui…declarabat verbis, litteras, atque doctrinas philosophiae, cum in hominem falsum, atque degenerem tamquam in vas spurcum, atque pollutum influxissent, verti, mutari, corrumpi, et vrinam fieri, aut si quid vis vrina spurcius. Haec ille. De talibus philosophis diffuse loquitur Tull. 2. Tusc. c. 4. vbi ait. Quous enim quisque philosophorum nuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus vt ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiae, sed legeri vitae putet. Et sequitur. Est videre alios pecuniae cupidos, gloriae nonnullos, multos libidinum seruos, vt cum eorum vita pugnet oratio.…

Nil profecto his verbis gravius, nil verius, quibus declarabat maximus philosophorum

litteras atque doctrinas philosophiae, cum in hominem falsum atque degenerem tamquam in vas spurcum atque pollutum influxissent, verti, mutari, corrumpi et, quod ipse χυνιχώτερ ait, urinam fieri aut si quid est urina spurcius.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 17.19.4 (C. Hosius ed., vol.2, p.221, ll.8-14).

videre licet alios tanta levitate et iactatione, ut iis fuerit non didicisse melius, alios pecuniae cupidos, gloriae non nullos, multos libidinum servos, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.4.12 (M. Pohlenz ed., p.285, ll.17–20).

Reprehensibile enim apud philosophos fuit profiteri uitam philosophicam et tamen non uiuere secundum eam.

Agellius libro XVII.

Reprehensibile ergo fuit apud philosophos profiteri vitam philosophicam, et tamen non viuere philosophum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 9.4.4 (Rome, 1655, pp.402–3).

Reprehensibile ergo fuit apud philosophos profiteri vitam philosophicam, et tamen non viuere philosophum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 9.4.4 (Rome, 1655, p.403).